ciuitatibus, an inutilis, & quam, & vnde conſtituere oportet, & quomodo. Tyrannidis verò ſpecies duas ibidem diſtinximus, propterea quòd earum potentia quodammodo alteratur ad regiam gubernationem, ex eo quia ambæ poteſtates iſtæ ſunt ſecundum leges. nam & apud Barbarorum quoſdam eliguntur aliqui ad gubernandum ſoli, cum abſoluta omnimodáque poteſtate. Et apud Græcos olim eodem modo quidem eligebantur, qui ſoli gubernarent, quos vocabant Æſymnetas. Habent verò hæ inter ſe differentias quaſdam. erant enim regiæ, ex eo quia ſecundum leges, & eo quia volentibus imperabant: tyrannicæ autem ex eo, quia pro arbitrio dominationem exercebant. Tertia ſpecies tyrannidis, quæ maximè propriè videtur id nomen habere, oppoſita eſt regiæ poteſtati abſolutè. nam neceſſe eſt tyrannidem illam monarchiam, quæ nullis ſubiaceat legibus, & dominetur per vim æqualibus & melioribus, ac reſpiciat ad propriam vtilitatem, non ad vtilitatem ſubditorum: quapropter inuoluntaria eſt, cùm nemo liber ſponte ſua ferat huiuſmodi ſeruitutem. Species igitur tyrannidis tot, & tales ſunt.

CAPVT XI.

QVæ verò ſit optima reſpublica, & quæ vita optima pluribus ciuitatibus & hominibus, qui neq. per virtutẽ iudicāt quæ ſuprà vulgus emergat, neq. per doctrinam quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neq. per gubernationem quæ ad votũ fiat: ſed vitam eam probant, quam plurimi conſequi poſſint, & gubernationẽ eam, quam plurimæ ciuitates valeant recipere. nam quas vocāt optimates, de quibus modò diximus, partim exterius cadunt plurimis ciuitatibus, partim appropinquant illi quæ reſpublica vocatur, quamobrem de ambabus tanquam vna ſit, dicendum eſt. Iudicium autem de omnibus iſtis ex eiſdem principiis eſt. Si enim rectè dictum fuit in Ethicis, vitam beatam eſſe ſecundum virtutem non impeditam, virtutem autẽ ipſam eſſe mediocritatẽ: neceſſe eſt mediam vitã optimam eius, quam ſinguli adipiſci valeant, mediocritatis, & has omnes definitiones neceſſe eſt eſſe circa ciuitatis virtutem, vitium, & rempublicam. eſt enim reſpublica vita quædam ciuitatis. In cunctis autem ciuitatibus partes ſunt tres. nam alij diuitiis excellunt:

A πόλεσι· καὶ τίνα, καὶ πόθεν δεῖ καθιστάναι, καὶ πῶς. τυραννίδος δ' εἴδη δύο μὲν διείλομεν, ἐν οἷς περὶ βασιλείας ἐπεσκοποῦμεν, διὰ τὸ τὴν δύναμιν ἐπαλλάττειν πως αὐτῶν, καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν, διὰ τὸ κατὰ νόμον εἶναι ἀμφοτέρας ταύτας τὰς ἀρχάς· ἔν τε γὰρ τῶν βαρβάρων τισὶν αἱροῦνται αὐτοκράτορας μονάρχους· καὶ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις B Ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μόναρχοι τὸν τρόπον τοῦτον, οὓς ἐκάλουν αἰσυμνήτας. ἔχουσι δέ τινας πρὸς ἀλλήλας αὗται διαφοράς. ἦσαν δὲ διὰ μὲν τὸ κατὰ νόμον, βασιλικαί, καὶ διὰ τὸ μοναρχεῖν ἑκόντων· τυραννικαὶ δὲ, διὰ τὸ δεσποτικῶς ἄρχειν [καὶ] κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην. τρίτον δὲ εἶδος τυραννίδος, ἥπερ μάλιστ' εἶναι δοκεῖ τυραννίς, ἀντίστροφος οὖσα τῇ βασιλείᾳ, τοιαύτην δ' ἀναγκαῖον εἶναι τυραννίδα C τὴν μοναρχίαν, ἥτις ἀνυπεύθυνος ἄρχει τῶν ὁμοίων, καὶ βελτιόνων πάντων, πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῆς συμφέρον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων. διόπερ ἀκούσιος. οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχήν. τυραννίδος μὲν οὖν εἴδη ταῦτα, καὶ τοσαῦτα διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας.

Κεφάλαιον ια.

D Τίς δ' ἀρίστη πολιτεία, καὶ τίς ἄριστος βίος ταῖς πλείσταις πόλεσι, καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων· μήτε πρὸς ἀρετὴν συγκρίνουσι, τὴν ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας· μήτε πρὸς παιδείαν, ἃ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς· μήτε πρὸς πολιτείαν τὴν κατ' εὐχὴν γινομένην, ἀλλὰ βίον τε τὸν τοῖς πλείστοις κοινωνῆσαι δυνατὸν, καὶ πολιτείαν ἧς τὰς πλείστας πόλεις ἐνδέχεται μετασχεῖν. καὶ E γὰρ ἃς καλοῦσιν ἀριστοκρατίας, περὶ ὧν νῦν εἴπομεν, τὰ μὲν ἐξωτέρω πίπτουσι ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων, τὰ δὲ γειτνιῶσι τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ. διὸ περὶ ἀμφοῖν, ὡς μιᾶς, λεκτέον. ἡ δὲ δὴ κρίσις περὶ ἁπάντων τούτων, ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἐστίν. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται, τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον· μεσότητα F δὲ τὴν ἀρετήν· τὸν μέσον ἀναγκαῖον εἶναι βίον βέλτιστον, τῆς ἑκάστοις ἐνδεχομένης τυχεῖν μεσότητος. τοῖς δὲ αὐτοῖς τούτοις ὅροις ἀναγκαῖον εἶναι καὶ πόλεως ἀρετῆς καὶ κακίας, καὶ πολιτείας. ἡ γὰρ πολιτεία βίος τίς ἐστι πόλεως. ἐν ἁπάσαις δὴ ταῖς πόλεσίν ἐστι τρία μέρη τῆς πόλεως· οἱ μὲν, εὔποροι σφόδρα·